

SCRIPTA

Numéro Scripta : 2481

Auteur(s) : Jeanne Quinedort, de Courcy, fille de Raoul Quinedort [particulier]

Bénéficiaire(s) : Coutances (hôtel-Dieu)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : 1262, novembre

Action juridique : donation

Langue du texte : latin

Analyse

Donation par Jeanne Quinedort à l'Hôtel-Dieu d'une rente annuelle de trois boisseaux de froment et d'une geline à Courcy.

Tableau de la tradition

Éditions principales

- a. Le Cacheux Paul, *Essai historique sur l'Hôtel-Dieu de Coutances*, l'hôpital-général et les Augustines hospitalières depuis l'origine jusqu'à la Révolution avec cartulaire général, Paris, Picard, 1895-1899, 2 vol., t. 2, n° LXXXI, p. 66-67.

Texte établi d'après a

Sciant omnes presentes et futuri, quod ego Johanna, filia quondam Radulfi dicti Quinedort defuncti, de parrochia de Curceio, dedi et concessi et etiam contuli et dimisi, pro salute anime mee et antecessorum meorum, in puram et perpetuam elemosinam, priori et fratribus domus Dei et beati Anthonii Constanciensis et pauperibus ejusdem domus, scilicet tres bussellos frumenti annui redditus, ad mensuram de Curceio, ad festum Sancti Michaelis, et unam gallinam ad Natale Domini, quem redditum michi debebat et reddebat annuatim Nicholaus Herberti, filius quondam Ricardi Herberti, defuncti, de duabus peciis terre, quarum una vocatur Campus de Vicis, qui continet tres virgatas terre vel eocirca, et jungitur ad terram As Saesnes et terram Nicholaï dicti Quinedort a lateribus, et butat ad terram Gaufridi de Valea, et terram de Valda a capitibus et alia pecia terre vocatur Campus Briclos et continet tres virgatas terre vel eocirca, situs juxta terram predictorum Assesnes et jungitur ad terram familie Stephani (mot effacé) a lateribus, et butat ad carreriam as Valdens et carreriam as Herbers a capitibus, quam terram Guillermus dictus Quinedort (un tiers de ligne effacé), ad exercendam plenariam justiciam pro dicto redditu cum homagio dicti Nicholaï et omni (quod...tiers de ligne effacé) in eadem seu heredes sui pro portione hereditatis, que michi contingebat seu contingere poterat de successione antecessorum meorum ; percipiendum, habendum et reddendum in perpetuum de cetero annuatim dictis priori et fratribus et pauperibus predicte domus Dei, libere, pacifice et quiete, per manum predicti Nicholaï et heredum suorum seu quorumcumque dictam terram tenentium, cum homagio et omni alio jure quod habebam et habere poteram seu heredes mei ibidem, sine contradictione et reclamatione aliqua de cetero mei et heredum meorum, salvo jure capitalium dominorum. Idem vero Nicholaus et heredes sui tenentur omnia predicta acquirare in omnibus erga omnes. Et ego dicta Johanna et heredes mei tenemur in perpetuum hec predicta omnia garantizare et deliberare contra omnes bona fide, vel in nostro proprio hereditagio valore ad valorem excambiare, si forte garantizare non possemus. Et hec omnia juravi supra sacrosancta evangelia me fideliter servaturam, et quod de cetero contra non veniam ullo modo. In cuius rei testimonium perpetuum et munimen, presentem cartam sigilli mei munimine roboravi, et ad majorem certitudinem et noticiam sigilli mei,

sigillum Johannis rectoris ecclesie de Corceio, de quo dicta terra tenetur, de cuius assensu et voluntate hoc totum factum est, presenti carte apponi procuravi. Actum est hoc anno gratie M^o CC^o LX^o secundo, mense Novembbris.